stlitibus iudicandis. — 2) *Legio nona Macedonica, praeterea non memorata, fortasse non diversa est a legione nona Hispana (Mommsen mon. Ancyr.² p. 69 not. 4).*

---

929 Q. Articuleio | Regulo | pr., procos., leg. | imp. Caesaris Aug. p. p.[1], | patrono.

Canusii (IX 334 vidit Mommsen). — 1) *Titulus positus inter annum 752 (cf. ad N. 96 not. 2) et 767.*

---

930 P. Tettio P. f. Rufo | Tontiano | q. tr. pl., pr., legio XX.[1]

930ª P. Tettio P. [*f.*] Rufo Tontiano q., tr. pl., pr., Atinates urbani patrono d. d.

Atinae in Campania (X 5059 vidit Mommsen, 5060 semel descripta saec. XVI). — 1) *Titulum homini privato positum a legione crediderim esse temporum Augusti.*

---

931 T. Trebelleno L. f. | Cla.[1] Rufo | q., tr. pl., legato[2] | Caesaris Augusti | plebs.

931ª T. Trebelleno L. f. | Cla.[1] Rufo | q. urb., | legato[2] imp. | Caesaris Augusti, | tr. pl. | P. Octavius T. f.

Concordiae (V 1878 vidit Mommsen; Bertolini Notizie 1886 p. 108). — *Trebellenus Rufus, praetura functus, tutor datus a Tiberio liberis Cotyis regis Thraciae (Tac. a. 2, 67. 3, 38), periit a. 35 (Tac. a. 6, 39). Hi tituli positi sunt ante eius praeturam, vivo etiam Augusto.* — 1) *Claudia tribus Concordiensium, unde videtur originem habuisse Rufus.* — 2) *Notabile hoc munus diverso loco collocatum esse in duabus inscriptionibus.*

---

932 Q. Vário Q. f. | Gemino[1] | leg. dívi Aug. II[2], | procos., pr., tr. pl., | q., quaesít. iudic.[3], | praef. frúm. dand., | Xvir. stl. iúdic., | curatori aedium sacr. | monumentor. que public. | tuendorum. | Is primus omnium Paelign. senator | factus est et eos honores gessit. | Superaequani publice, patrono.

932ª Q. Vario Q. f. | Ser. Gemino[1], q., | pagus Vecellanus.

Castelvecchio Subequo rep., ubi fuit oppidum Paelignorum Superaequum (IX 3305/6 vidit Dressel; litterae multo pulchriores sunt in N. 932 a quam in N. 932). — 1) *Varius Geminus, memoratus saepius a Seneca rhetore, fortasse idem est.* — 2) *Legatus videtur fuisse duarum provinciarum, quarum nomina non sunt posita.* — 3) *Cf. N. 906 not. 2.*

---

933 Cn. Asinio | Pollionis et Agrippae nepoti[1] | Puteolani patrono, publice.

Puteolis rep. a. 1602 (X 1682 servavit Capaccius). — 1) *Filius fuit P. Asinii Galli et Vipsaniae Agrippinae, de quibus cf. N. 165.*

---

934 L. Nonius Quintili|anus L. f. Sex. n.[1], C. Sosi | cos., triumphal.[1], pronep., | augur, salius Palat., | vix. ann. XXIIII.

In agro Sabino rep. prope vicum Bocchignano (IX 4855 vidit Stevenson). — 1) *Avus videtur fuisse Sex. Nonius Quinctilianus cos. a. p. Chr. 8.* — 2) *C. Sosius triumphavit a. u. c. 720 ex Iudaea (C. I. L. I p. 461. 478), consul fuit a. 722.*

---

935 [*Sex.*] Appuleio Sex. f. | Gal. | Sex. n. Sex. pron., | Fabia Numantina[1] | nato, ultimo gentis | suae.

archive.org